



Hyperdulia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

XXVIII. [i.e. XXIX.] Hyperduliæ species, Recitare quot diebus orationem Congregationis, cuius initium est: S. Maria Mater Dei & Virgo &c.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](#)

bus Angelorum Reginæ vberibus re-
creari. Enim uero subinde eo habitu ap-
parebat, ut Deo plenus esse non obscu-
re videretur.

XXXI.X.

HYPERDVLLIAE SPECIES.

Recitare quot diebus ora-
tionem Congregationis, cuius
initium est: Sancta MARIA Mater
DEI & Virgo &c,

§. I.

Inter alias urbaniores, ciuiiores,
gentiores politioris aulæ cæremonias,
& officiosiores loquendi formulas, illa
suauissima, elegantissima, modestissi-
ma, officiosissima, amænissima, gratissi-
ma, & ad demerendos hominum ani-
mos aptissima est, quâ quis se non tan-
tummodo amicis in obsequium, sed et
iam in seruitium alacriter offert. Sic a-
pud plerasque nationes, cum quis alle-
quid

Quid ab amico petit, mox alter (nisi sit omnino bardus , exsensus , fungus aut rupex , Bæorum in patria crassoque sub aere natus , aut nisi merum rus oleat , aut in caula non in aula natus sit) in vicem respondet : Sum paratissimus imperio vestro famulus ; sum promptissimus nutui vestro Verna ; sum deuotissimus dominationi vestrae seruus , imo mancipium . Sic nostri Teutones , Hispani , Galli , Itali , Britanni , Pannones , Boëmi , Scythæ , reliquique populi respondent , & eiusmodi politioribus cultioribus , elegantioribus loquendi formulis non tantummodo amicorum animos facilimè demerentur , sed etiam suauissime populantur . Norat id probissimè Berchmannus , qui (ut erat officiosissimus , cultissimus , politissimus cœlestis aulas palatinus) quo Augustissimam cœli reginam facillimè demereretur , eidem se se quotidie in perpetuum non tantummodo obsequium , sed seruitium etiam obtulit in hæc verba : Sancta MARIA

Mater

Mater Dei, & Virgo, ego Ioannes Berchmannus te hodie in Dominam, patronam, & aduocatam eligo, firmiterque statuo, ac propono, me nunquam derelictum, neque contra te aliquam vñquam dictum, aut factum, nec commissum, ut à meis subditis a quid contra tuum honorem vñquam gatur. Obsecro te igitur suscipe me seruum perpetuum; adsis mihi in omnibus actionibus meis, nec me deserat in hora mortis meæ, Amen.

§. I I.

Premium Hyperduliae

Habuit Ioannes Berchmannus i. B.
M A R I A Deipara quod voluit, immo plusquam voluit; ille voluit, vt hæc bi suis in omnibus actionibus præse adesset; Habuit Berchmannus etiam plus quam voluit. Nam suis in omnibus actionibus non tantummodo presentē habuit, sed præsentissimam quoq; eius opem semper suis in actionibus omnibus sensit. Volut Berchmannus susci-

Berch suscipi in perpetuum Dominæ seruum,
patro Plus obtinuit, quam voluit. Nam non
itterqu tantummodo in eius serum, vernam,
quam famulum, sed in perpetuum eius etiam
aliqu filium susceptus est. Rogauit Berch-
mannus Dei Mârem, ne se desereret in
hora mortis. Impetrauit abundè, quod
rogauit. Nam non tantummodo non
deseruit Mater filium, sed moribundum
desolatumque miris solatijs, delicijs,
gaudijs inundauit; Ideoque Berchman-
nus quemadmodum sperauit, tam sua-
uiter, feliciter, hilariter ad agenda pérpe-
tuum Hilaria expirauit.

XX.

HYPERDVLIÆ SPECIES,

In E. V. honorem coronam

Rosariam circum brachium in-
star armillæ, aut circum col-
lum instar torquis ge-
stare.

N

S. L.